~~LXXVI~~

Anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, indictione prima, die septimo intrante iulio, in ecclesia sancti Cataldi Cremone, presentia dominorum Manuelis de Carfallis, Alghirii de Sipiono et Boldi de Gristoldis ibi testium rogatorum.

Girardus Faroldus de Polegrino sancti Viti confessus et manifestus fuit ad postulationem domini Iohannis prepositi dicte ecclesie sancti Cataldi se debere dare ipsi preposito septem modia et duo sestaria frumenti pro ficto retento unius pecie terre aratorie et vidate et sediminate iacentis ad Polegrinum sancti Viti in burgho, que est undecim perticarum. Cui coheret: ab una parte Egidiolus Faroldus, ab alia parte via, ab alia parte Advocatus de Colamanis, sive plus vel minus sit vel alie sint coherentie. Quam peciam terre ipse Girardus tenebat ad certum fictum reddendum annuatim ipsi preposito. Et se debere dare ipsi domino preposito quinque libras ad valentiam imperialium de quibus septem modiis et duobus sestariis frumenti et ipsis quinque libris ad valentiam imperialium condempnatus fuit ipse Girardus ipsi domino preposito per sententiam ut ipse Girardus confessus fuit. Et confessus et manifestus fuit idem Girardus se dare debere eidem domino preposito quinque libras et quindecim solidos imperialium, quos solvit pro eo Girardo ipse dominus prepositus cuidam domino Nicolano de Bonsantibus, de quibus donatus ipse dominus prepositus adquisiverat iura et actiones contra eum Girardum, et renuntiavit ne contra has confessiones venire possit. Unde ipse Girardus Faroldus in solutum et pro solutione dictorum septem modiorum et duorum sestariorum frumenti et dictarum quinque librarum imperialium et dictarum quinque librarum et quindecim solidorum imperialium fecit datum in predictum dominum Iohannem prepositum recipientem nomine et vice dicte ecclesie de dicta pecia terre aratorie et vidate et sediminate, et de omni suo iure ipsius pecie terre, quam pro eo preposito tenebat. Ita ut de hinc in antea ipse dominus prepositus nomine dicte ecclesie et ipsa ecclesia habeat et teneat ipsam peciam terre una cum accessione et ingressu et omnibus superioribus et inferioribus suis et faciat de ea quicquid facere voluerit sine alicuius contradictione. Et pro hoc dato dictus Girardus dedit, cessit, mandavit dicto domino preposito recipienti nomine dicte ecclesie omnia iura et omnes actiones reales, personales, utiles, directas, civiles et naturales, que et quas habebat et habiturus erat in dicta pecia terre et contra quascumque personas et res nomine vel occasione ipsius pecie terre, et posuit eum in suum locum, et fecit eum procuratorem in rem suam, et dedit ei parabolam intrandi in tenutam, et constituit se possessorem pro eo. Et qui Girardus Faroldus promisit dicto domino preposito stipulanti dicto nomine dictam peciam terre ab omni persona defendere et desbrigare, et suis propriis expensis, et sive victus fuit sive non, et sub pena dupli sicut pro tempore fuit meliorata aut magis valuerit sub extimatione in simili loco. Et pro omnibus predictis firmandis dictus Girardus dicto domino preposito dicto nomine omnia sua bona pignori obligavit, de quibus constituit se possessorem pro eo. Ibique domina Flori uxor dicti Girardi cum parabola et consensu dicti Girardi in dicta pecia terre et pignoribus obligatis renuntiavit omni suo iuri dotis, donationis, pignoris, ypothece, quarte seu medietatis omnique alii suo iuri. Qui vero Girardus promisit dicto preposito stipulanti dicto nomine se facturum et curaturum ita quod Tribolaus vel Girardus Faroldus erit fideiussor in dicta promissione defensionis et in dicto dato et loco cum et fideiubebit usque ad diem dominicam proximam. Et hoc promisit sub pena dupli dampni et dupli expensarum inde factarum, ita ut utrumque cum effectu peti et exigi possit. Ex alia vero dictus dominus prepositus promisit dicto Girardo Faroldo stipulanti quod cum fideiubebit ille fideiussor facere ipsi Girardo finem et refutationem et pactum de non petendo de omni eo quod ei dicere et petere posset aliqua causa. Et hoc promisit sub pena predicta dupli dampni et dupli expensarum inde factarum, ita ut utrumque cum effectu peti et exigi possit. Excepto eo de quo supra est obligatus in isto dato et investitura dicte pecie terre.

Morbio 3 (76)

Ego Giraldus de Gyric notarius domini imperatoris Frederici interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-175766209X-11

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-175766209X-11

~~LXXVI~~

Anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo. In-
dictione prima. die septimo intrante iulio. In curia ecclesie sancti Cataldi Cremone presentia
dominorum Manuelis de Carfallis. et Alghirii de Sipiono. et Boldi de Grattoldis ibi testium rogatorum.
Girardus Faroldus de Polesino sancti Viti confessus et manifestus fuit ad postulationem
domini Iohannis prepositi dicte ecclesie sancti Cataldi se debere dare ipsi preposito septem modia et duo se-
staria frumenti pro ficto reddito unius pecie terre aratorie et vidate et sediminate iacentis ad Polesi-
num sancti Viti in burgho. que est in decem perticis. cui coheret. ab una parte Egidiolus Farol-
dus. ab alia parte via. ab alia parte Advocatus de Trauanis. sive plus vel minus sit vel alie
sint coherentie. quam peciam terre ipse Girardus tenebat ad certum fictum reddendum annuatim ipsi
preposito. Et se debere dare ipsi domino preposito quinque libras. ad certum imperialium Cremonensium. et de quibus septem
modiis et duobus sextariis frumenti et ipsis quinque libris ad certum imperialium condempnatus fuit ipse Girar-
dus ipsi domino preposito presentium ut ipse Girardus confessus fuit. Et confessus et manifestus fuit
idem Girardus se dare debere eidem domino preposito quinque libras et quindecim solidos imperialium. quos expendit
pro eo Girardo ipse dominus prepositus coram domino Nicolano de Bonsantibus. et de quibus condempnatus ipse
dominus prepositus adquisiverat iura et actiones contra eum Girardum. et renuntiavit ne contra has confessiones
venire possit. Unde ipse Girardus Faroldus in solutum et pro solutione dictorum septem modiorum
et duorum sextariorum frumenti. et dictarum quinque librarum imperialium. et dictarum quinque librarum et quindecim solidorum imperialium.
fecit datum in dictum dominum Iohannem prepositum recipientem nomine et vice dicte ecclesie de dicta pe-
cia terre aratorie et vidate et sediminate. et de omni suo iure ipsi pecie terre. quam pro eo preposito tene-
bat. Ita ut de hinc in antea ipse dominus prepositus nomine dicte ecclesie et ipsa ecclesia habeat et teneat ipsam
peciam terre una cum accessione et ingressu et omnibus superioribus et inferioribus suis. et faciat de ea ge-
quid facere voluerit sine alicuius contradictione. Et pro hoc dato dictus Girardus dedit. cessit. man-
davit dicto domino preposito recipienti nomine dicte ecclesie omnia iura et omnes actiones. reales. personales.
utiles. directas. civiles et naturales que et quas habebat et habiturus erat in dicta pecia terre
contra quascumque personas et res nomine vel occasione ipsius pecie terre. et posuit eum in suum locum. et
fecit eum procuratorem ut in rem suam. et dedit ei parabolam intrandi in tenutam. et constituit
se possessorem pro eo. Et qui Girardus Faroldus promisit dicto domino preposito stipulanti dicto
nomine dictam peciam terre ab omni persona defendere et desbrigare et suis propriis expensis et sine ... fuit
fuit necesse et sub pena dupli sicut pro tempore fuit meliorata aut magis valuerit sub extima-
tione in simili loco. Et pro omnibus predictis firmandis dictus Girardus dicto domino preposito dic-
to nomine omnia sua bona pignori obligavit. de quibus constituit se possessorem pro eo. Ibique domina Flo-
ri uxor dicti Girardi cum parabola et consensu dicte pecie terre et pignoribus obligatis renuntiavit omni suo iuri dotis
donationis. pignoris. ypothece. quod et quam seu indicate occasione alii suo iuri. Qui nos Girardus promisit dicto
preposito stipulanti dicto nomine se facturum et curaturum ita quod Ribolaus vel Girardus Farolaus erit fideiussor in dic-
ta promissione de evictione et in dicto dato et in loco cum et fideiubebit usque ad diem dominicam proxime. et hoc promi-
sit sub pena dupli damni et dupli expensarum inde factarum ita ut utrumque cum effectu peti et exigi possit.
Et vice versa dictus dominus prepositus promisit dicto Girardo Faroldo stipulanti et cum fideiubebit ille fideiussor
facere ipsi Girardo finem et refutationem et pactum de non petendo de omni eo quod ei dicere et petere posset
aliqua causa. et hoc promisit sub pena predicta dupli damni et dupli expensarum inde factarum. Ita ut
utrumque cum effectu peti et exigi possit. Excepto eo de quo super est obligatus in isto dato et investitione dicte
pecie terre.

Morbio 3 (76)

Ego Giraudeus de Gurio notarius domini Imperatoris Frederici interfui et hanc cartam
rogatus scripsi.